

Johann Quistorp

**Prorector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, Doctor & Theologicae Facultatis Senior, Ad Exequias Quae Viro ... Dn. Georgio Hagemeister, Senatori spectatissimo, a vidua, liberis, & generis moestissimis Hodie media prima in Templo Jacobaeo parabuntur. Omnes & singulos Academiae cives invitat**

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777522659>

Druck Freier  Zugang




Qvistorp, J.,  
in G. Hagemeister.

R. 1645.

83







PRORECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES QVISTOR-

PIUS, Doctor & Theologicæ

Facultatis Senior,

AD EXEQUIAS

QUÆ

Viro Prudentissimo

DN. GEORGIO

HAGEMEISTER,

Senatori spectatissimo,

à vidua, liberis, & generis  
mæstissimis

Hodie media prima in Templo

Jacobæo parabuntur.

Omnes & singulos Academia  
cives invitæ,



ROSTOCHII,

Licenti NICOLAI KILII, Academia Typographi.

ANNO M. DC. XLV.



Alexandrum Magnum, quum ex  
grandi, quod acceperat vulnere, a-  
bunde sanguinem promanare cer-  
neret, assentatores, qui ipsi divinos  
honores exhibuerant, eumq; DE-  
UM sæpissime nuncupaverant, his verbis com-  
pellasse, in apophthegmatibus refert Plutar-  
chus. Anne etiam dij vulnerari, & sanguinem  
fundere possunt? Voluit Rex prudentissimus  
his verbis, & assentatorum adulatorices voces re-  
tundere, & se, aliosq; animi ac corporis dotibus  
insignes, non minusquam ex vulgo quemvis, ho-  
mines, morbis mortiq; obnoxios esse, docere.  
Quam adultores Alexandro occantantur can-  
tilenam, eandem caro, mundo mundanisq;  
affixa, suis cultoribus occinit: idq; efficit, ut in  
diem securi vivant suam mortalitatem, & quæ  
se, postquam vita exuti fuerint, maneat, num-  
quam serio meditentur. Verum iis qui Spiri-  
tum Sanctum in sacro codice præceptorem  
loquentem audiunt, davidicum illud, *Non est  
homo qui vivet, & non videbit mortem*, altè mente  
sedet, & cum eodem Plalte ingeminant, *Notum  
fac*

*fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi. Quin & ex illis qui Spiritum Sanctum doctorem non habuerunt, plurimi, corruptioni & interitui omne hominum genus obnoxium esse scientes, in has & similes erumpunt voces.*

*Longius aut propius mors sua quemq; manet.*

*Sub tua purpurei venient vestigia reges*

*Deposito luxu, turbâ cum paupere mixti:*

*Omnia mors aequat.*

Eleganter Seneca. *Quotidie morimur, & tum quoq; quum crescimus, vita decrescit. Infantiam amissimus, deinde pueritiam, deinde adolescentiam, usq; ad hesternum quidquid transit temporis, perit, hunc ipsum quem agimus diem, cum morte dividimus.* Quo minus autem universis mortis obrepat oblivio, vivis, eorum qui moriuntur, quotidie exempla objiciuntur, ut & se aliquando morituros esse cogitent. Ne abeamus longius, Viri prudentissimi & Spectatissimi Domini GEORGII HAGEMEISTERI, Senatoris hujus urbis gravissimi, funus intueamur: quam ipsi iniecit manum mors, eandem nobis omnibus horis, omnibus momentis intentat. Natale ipsi solum est, nostra hæc quam incolimus Megapolis, & in ea principis aula nobile GUSTROVIUM.



Hoc primos ipsius vagitus excepit: Hoc Anno  
1586. Mensis Novembris die decimo octavo  
natum, triduo post sacro baptisate renatum,  
vidit. Parentes ipsi fuere DN. GEORGIUS  
HAGEMEISTER, *вннъ въ аѳѳолѣ*, Camerae duca-  
lis Secretarius, & Ecclesiarum Gustroviensium  
Oeconomus industrius. Mater muliebrium  
virtutum decore insignis foemina REGINA  
*Küniger* Rüggers. Parentes hi in eo fuere, ut ex sena-  
tum & Christo insertum filium, à pueris pietatis  
iniciis imbui, & recte informari curarent. Qua-  
re eum initio patriae Scholae præceptoribus for-  
mandum tradiderunt; & quum ad annum usq;  
ætatis decimum sextum, sub horum informatio-  
ne, eos progressus fecisse videretur, ut ad Scho-  
las superiores ablegari posset. Eum Anno 1602.  
juxta cum studiorum vitæq; Inspectore Domino  
DAVIDE REUTZIO, Wittebergam ablegarunt.  
Commoratus ibidem est per biennium,  
& ne frustra eo loci se vixisse doceret, quos in  
Theologia (huic enim ipsum parentes destina-  
rant) fecisset progressus, publice de rebus Theo-  
logicis disputando, ostendit. Wittebergâ Lipsi-  
am, inde Jenam Anno 1604. perrexit; Ibidem  
per annum integrum commoratus est, & id fe-  
cit quod frugi studiosum decet. Jenâ Anno  
1605.

1605. huc ad nos Rostochium venit: Parentes  
nullis parcentes sumptibus, ut tanto felicius in  
studiis, progredere tur filius, ipsum Viro plurimū  
Reverendo & Clarissimo Domino JOHANNI  
CORVINO, tunc Theologiæ Candidato, post  
Dantiscanarum Ecclesiarum antistiti & Theolo-  
giæ Doctore Celeberrimo, ut porro ejus studia  
moderaretur, commiserunt. Macarites noster  
tempore hoc aliquot specimina diligentia edi-  
dit. Quum ætatis annum Vigessimū quintum  
attingeret, DEO rem moderante, approbanti-  
bus agnatis, & cognatis ad matrimonium adjecit  
animum, & MARGARETAM Beselins/ve-  
nerandi Senioris Domini CHRISTIANI  
BESELINII, Senatoris apud nos prudentis-  
sime filiam, vitæ sibi sociam elegit, quam Anno  
1611. die undecimo Aprilis domum duxit ux-  
orem. Matrimonium hoc ut inter conjugio  
junctos placatum, ita etiam fœcundum fuit.  
Vidit ex se natos *filios* tres, GEORGIUM,  
CHRISTIANUM, JOHANNEM LAU-  
RENTIUM: Ex quibus ordine medius, ca-  
ducam hanc & miseris refertissimam, cum  
æterna & calamitatum experte vita permu-  
tavit: Tertius quod ingressus est literarium  
stadium strenuo decurrit: primus, ante se-  
ptima-

primanas non adeo multas, parentibus consen-  
tientibus pudicissimæ & lectissimæ Virgini  
URSULÆ Sorffs/ CHRISTIANI Sorffs/  
Civis, apud nos, dum in vivis esset præcipui filia  
fidem de matrimonio fecit. *Filiæ* vidit defun-  
ctus noster quatuor, MARGARETHAM,  
Literatissimo Viro Domino HEINRICO  
HEINIO, nuptui datam, quæ Macaritem  
nepotibus duobus, & neptibus totidem bea-  
vit; REGINAM ad meliorem vitam præ-  
missam; ANNAM REGINAM Clarissimo  
& Consultissimo Viro Domino SIMONI JO-  
HANNI GUTZMERO, J. U. D. & practi-  
co eximio, matrimonio junctam, ex quâ Ma-  
carites noster duas neptes, adhuc vivas & sanas  
vidit; CATHARINAM Virginem lectissi-  
mam. Licuerat mortuo nostro postquam  
matrimonium ingressus erat, annos undevigin-  
ti sibi suisq; mediocriter quiete vivere; inter-  
rupit hanc quietem, publica quæ ipsi Anno  
1630. commissa est functio; quando templo &  
prochodochio apud nos GEORGIANO præfe-  
ctus est. Quas hic difficultates superare neces-  
se habuerit, dum officium hoc bello apud nos  
vigente & omnia turbante, sustinuit, facile est  
conjicere. Quumque ad res agendas natus esse  
defun-

Defunctus deprehenderetur, in ordinem Senatorium amplissimum apud nos Anno 1640. ipso die Matthiae Apostolo sacro, cooptratus est, & difficillimis his temporibus consilio Rempublicam juvit. Fractus variis per omnem vitam laboribus male habere duodecimo hujus mensis die coepit, febris illum ardens, & peripneumonia, juxta cum aliis vehementibus morbis, corripuit: & quamvis medicorum opera hisce fuerit opposita, prevaluit tamen morborum vehementia: quod cum Macarites noster intellexeret, de beata ex hac vita emigratione serio cogitare coepit. Confessionarium suum Virum Reverendum & Clarissimum Dn. M. CHRISTIANUM MICHAELEM, Pastorem ad D. Jacobum fidelissimum, ad se vocari curavit; qui & poenitentem audivit, absolvit, & sacro sancto corporis & sanguinis Christi pabulo recreavit. Quo sumpto Emortuus nolter, super rebus mundanis omnem deposuit curam, & nil nisi dissolvi & cum Christo conjungi optavit. Voto hoc suo intra secundam & tertiam matutinam vigesimo tertio hujus mensis die, postquam in hac mundi scena sexaginta annos versatus esset, compos est factus.

Age nunc **GEORGI HAGEMEL-  
STERE**


STERE feliciter. Inter coelestia gaudia con-  
vive tuis quos pramifisti liberis; Convive Ma-  
joribus tuis, Avo paterno LAURENTIO  
Hagemesser/ Avia paterna MARGARETÆ  
Penzins. Avo Materno JOHANNI Grü-  
ger/ Avia Materna ANNÆ Seppins. Non  
vos morbus, non bellum, non Mors, non ad-  
versum ullum amplius infestabit. Vivetis ater-  
num. Vivetis felices. Vos Academiae cives,  
frequentes ite exequias, in honorem ordinis Se-  
natorij, solatium viduæ, liberorum, generorum,  
agnatorum, & quod vobis quando hinc migra-  
tis, fieri vultis, huic facite. Convenite in tem-  
plô Jacobæo ad hodiernam mediam primam  
P, P. Rostochij 29. Decembris

Anno 1645.



AP. NUNC. GEORGI HAGEMES-  
STERE











defunctus deprehenderetur,  
torium amplissimum apud no  
die Marthiae Apostolo sacro,  
difficillimis his temporibus  
blicam iuvit. Fractus variis  
laboribus male habere duode  
sis die coepit; febris illum ard  
monia, juxta cum aliis veher  
corripuit: & quamvis medic  
fuerit opposita, prevaluit ta  
vehementia: quod cum Maca  
ligeret, de beata ex hac vita  
cogitare coepit. Confessiona  
Reverendum & Clarissimum  
NUM MICHAELEM, Pastorem a  
delissimum, ad se vocari cu  
nitentem audivit, absolvit, &  
poris & sanguinis Christi pabu  
sumpto Emortuus nolter, su  
nis omnem deposuit curam,  
& cum Christo conjungi op  
suo intra secundam & tertia  
gesimo tertio hujus mensis d  
hac mundi scena sexaginta ar  
compos est factus.

Age nunc GEORG

m Sena  
40. ip  
s est, &  
Rempu  
n vitam  
us men  
ripneu  
morbis,  
ra hisce  
borum  
er intel  
ne serio  
Virum  
CHRISTIA  
bum fi  
& pœ  
cto cor  
it. Quo  
munda  
dissolvi  
oto hoc  
nam vi  
uam in  
us esset,

MEI  
STERE

